



Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Quibus Totum Hominis Christiani Officium Explicatur; Quidque is fugere,
quid agere debeat, quam exactissimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindelicorum, Anno M.DCCXII.

VD18 9063702X

Discursus XIII. Jactura omnium bonorum Operum demonstrat, quam grave
malum sit Peccatum. Cùm peccatum dupli modo bonis operibus noceat,
imprimis illis, quae in Gratia exercita sunt ante admissum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51653)

tur, donec ad maturitatem excreverit,
metes ea: interdum pena comes est
culpa, quemadmodum rebelles in
celo Angeli experti sunt, qui vix se-
ditione incepit, statim ad orcum præ-
cipitati fuere. Quandoque peccatum
comparatur vocali Echo, quæ prom-
15.59.12. pte provocant et in re responderunt nobis.
Alias
communius pena clando sequitur
pede. Quandoque culpa similis est
lementi, quæ suo tempore mature-
scit, & deinde in funestis dolorum
& angustiarum ab ipsa productarum
Gob. 4. 2. fructibus colligitur. Vidi eos, qui
seminant dolores, & metunt eos, flante
DEO periisse. Quare nolite peccato
unquam fidere, neque dicatis, hoc
solum admittam, & deo subinde me co-
ram sacerdote reum agam. Quis seit, an
non propter hoc solum Deus te si pu-
niturus, & forte subito? Quis unquam
putasset unicum solum & tam leve
2. Reg.
14.

Davidis peccatum, quale erat sim-
plex quædam vanitas, illico septua-
gies mille hominum interneccio tan-
tam toti Regno stragem illatum: &
tamen ipsa intulit. Et licet DEUS
propter solum hoc peccatum homi-
nem non statim puniat, certi estote,
impunè hoc illi non futurum. *Qui*
Ed. 15. in uno peccaverit, multa bona perdet.
Inquit Ecclesiastes. Non semper u-
na vice omnia perdet, sed perditu-
rus est suo tempore. *Multa bona per-*
det. Quare ne seminemus in sulcis
iniquitatis, statuimusque in sulcis
Justitiae & in benedictione, id est, in
meritorum abundantia à bonorum o-
perum copiâ progerminatorum se-
mentem nostram abscondere, atque
ita digni efficiemur, ut quondam pro
fructu benedictionem illam, hoc
est præmorum æternorū abundanti-
am colligamus. *Qui* ^{1. Cor. 15.} seminat de benedi-
ctionibus, de benedictionibus & metet,

DISCURSUS XIII.

*Ex bonorum Operum jactura ostenditur, quām
grande malum sit Peccatum.*

Nter penas Phara-
oni à Deo inflatas
nulla adeò illius
fregit pertinacia,
quam cædes pri-
mogenitorū. Cor
illud contumax flagella obduruerat,
sicut sub commeantibus pedibus pro-
tritum obdureseit cænum.
Quare licet nunc virgas in serpentes

mutari, nunc aquam in sanguinem
converti, jam ex improviso diem ob-
tenebrescere, jam aërem muscis, &
culicibus densari, terram ranis & lo-
custis obregi, cœlum fulminibus,
grandine, & tempestatibus reborre
viderit, nihilominus DEI mandato
contumaciis, quām unquam testi-
tit, tantis jam ante afflictionibus
ad-

JACTURA OSTENDI QUAM GRANDE MALUM SIT PECCAT. 159

admonitum. Sed quam primum pri-
mogenitum suum, & cum illo omnes
totius Regni primogenitos interfe-
ctos conspergit, non tantum cessit, sed
ad maiorem veræ solitudinis suæ de-
monstrationem de nocte surgens Moy-
sen accersivit, iusque, ut nullâ in-
terpositâ morâ cum toto populo ex
Ægypto migraret, quemadmodum à
Deo in mandatis habebat. *Surgste, &*
egredimini à populo meo!, & immolate
Domino, sicut ducis, & abeuntes bene-
dicite mihi. Quis novit, an non simile
quid his contingat temporibus? Multi-
ta hucusque damna proposui peccato-
ribus. Quasi Legatus Dei, plurima &
efficacia attuli motiva, ut etiam ipsi
Dei Domini sui obedientiae se subjice-
rent. At fortè nihilominus plures
quam unus Deo parere recusant? mi-
nisq; contemptis & afflictis indurue-
runt. Quare spero hodierno die bello,
illos inter & DEUM hucusque gesto,
finem impositum iti, si crudelem illam
stragem, quam primogenitis illorum
infert peccatum, ante oculos posuero;
Id est, bonorum operum jacturam de-
monstravero, quæ primum inter ani-
mæ partus sibi locum vendicant,
quemadmodum inter naturæ opera-
tiones Primogeniti præferuntur. Du-
pliciter mal gnatatem suam pernicio-
sam contra bona opera exerit pecca-
tum. Inquinat opera bona à pecca-
tore ante lapsum facta, & post lapsum
facienda, atque adeò de utaque ma-
lignitate gravissimâ separatim loqui
oporebit. Ut verò primam bene ap-
prehendatis, necesse est, ut primò at-
tentè penetratis, de quo iam saepius

mentionem feci, quam ingens sit bo-
ni operis pretium in DEI gratia facti.

I.

II. Res non erit difficilis, ubi ocu-
los vestros tam in principalem talium
operum originem, quam in earundem
terminum conjecteritis. Quodvis opus
bonum principium suū à meritis Chri-
sti deduct, Ideoq; quemadmodum aqua
viva, quæ per preciosas auri fodi-
nas transit, estimationem & salubritate-
tem obtinet incomparabilem, sic opera
bona Christiani hominis in DEI gratia
viventis, per vulnera Redemptoris
gradientia, quasi per venam cœlestem,
ab illis valorem suum & pretium inae-
stimabile mutuantur. Ecquod ita sit,
quomodo de talibus operibus loqua-
tur Deus, audite. *Vulnerasti cor meum*
Soror mea Sponsa in uno oculorum tuo-
& in uno crine colli tui. Loquitur
hic Dominus cum fidi anima sua,
quæ ob gratiam sanctificantem quasi
soror illi conjungitur, & per quam filia
ipsius adoptiva constituitur. Huic tali
animæ tenerimi amoris sui significa-
tione dicit: tu vulnerasti cor meum
uno oculorum tuorum, & uno crine
colli tui. Per oculos opera grandia
pro Deo facta intelliguntur, nec adeò
mirum est, hisce intimum DEI cor
vulnerari. Inter omnia sensuum in-
strumenta nullum chirius est oculo,
& quasi anima corporis dici potest,
Quod mens in animo est, id oculus in L de mu-
corpore.: Acutissimè inquit Philo.
Sed quod secedem modo à capillorum
aliquo cor vulneretur, quibus exiles
piæ animæ actiones significantur, res
est admirationis & stuporis plenissima.

Carto.

4. 9.

At

At scitisne, unde etiam illatum deri-
verur pretium? à Christi meritis pro-
cedit. Tam oculus, quam capilli prin-
cipium suum habent à Capite, quod
est Salvator noster, & à Capite quo-
que conservantur. Quis igitur mi-
rabitur, tam acceptas esse DÉO actio-
nes illas; quæ ab ipsis procedunt,
ratiæque amabilis sua sympathia illis
vim inesse, ut Cor Dei vulnerare que-
ant? Verum quidem est, à quibus-
dam illud magis, ab alijs minùs vul-
nerati, sed tamen ab omnibus vul-
neratur. Vulnerasti cor meum soror mea
Sponsa in uno oculorum tuorum, & in
uno crine colli tui.

III. Arque hoc è magis, quod bona opera à JESU Christo, non solùm
tanquam à causa meritorum suorum
efficiente, sed etiam tanquam à causa
exemplari proveniunt. Explico. Quid
rei putatis esse opus bonum? Est actio
secundum divinum Redemptoris ex-
emplar producta. Donec formetur
Christus in nobis. Quare quid un-
quam explicare poterit, quantum illarum
valor coram DÉO augeatur? Be-
nédictionem illam, quam Jacobus ve-
stibus filij minoris, qualis ipse erat,
non obtinueret, quam primum in ha-
bitu fratri majoris comparuit, re-
portavit; ad cuius odoris fragrantiam
Pater totus amoris suavitate liquefa-
ctus, quidquid honorum in terris &
è cœlis voluit, illi concessit. Idem
accidit in re nostra. Opera bona se-
cundum Christi vitam formata sunt,
quemadmodum vestes pro mensura
corporis conficiuntur, idcōque talem
odoris cœlestis fragrantiam exhalant,

Gal. 4.
19.

ut anima coram DÉO tali amictu indu-
ta vix compareat, quia Pater æter-
nus operum, laborum filij sui pro
nobis Incarnatus reminiscens, illi ipsi
animæ amplissimam impetratur be-
nedictionem, velut Redemptoris sui
sorori, ipsisque vestimentis amictu.
Induimus Dominum JESUM CHRISTUM. Rom.
Quare grandia summorum Monar-
chatum facinora, ut sunt, ducere ex-
ercitus, debellare urbes, rebelles sub-
jugare, Populis bene præesse, talis
inquam facinora, licet egregia, cum
operibus etiam minimis ab animabus
DÉO fidelibus peractis comparare vel-
le, est prorsus idem, ac si quis formi-
carum studia & labores cum inventio-
nibus & machinis Architecti, artis sua
celeberrimi, conferret. Imò adhuc
multò minus esset, quippe inter At-
chitecti & Formicarum laborem est
aliqua saltē proportio; quia hic, &
ille in eodem naturæ ordine compre-
henduntur; inter Justorum autem &
grandium Monarcharum actiones
distantia reperitur infinita; cùm hæ
sint operationes humanæ, illæ ordine
quodam superiore, quasi divino emi-
neant. Hæ secundum humanæ men-
tis ideam producuntur; illæ juxta
exemplar vitæ Hominis & DÉI perse-
stent. Et in veritate, hoc exca-
pice in die judicij, hoc est, In die ve-
ritatis, quævis opera in situ gratis
facta infinites plū valebunt, plūis-
que ab omnibus aestimabuntur, quæ
quorquot Herorum facinora hucusque
Historiographi posteritati scriptis suis
commendarunt.

IV. Et ecce alteram causam pre-
pter

JACTURA OSTEND. QUAM GRANDE MALUM SIT PECCAT.

p̄t̄ quam tanti pretii suu bona ope-
 ra, id est terminum, ad quem nos dedu-
 cunt. Appositissimè à S. Bernardo t̄lia
 opera jam pridem d̄ta sunt semina e-
 ternitatis. Quia quemadmodum, qui
 acutum cerneret, & magnitudinem
 trunci, & ramorum vestitam, &
 frondium multiplicatam, & floruum
 pulchritudinem, & fructuum uberta-
 tem, nec non totius arboris gloriam,
 omnia signata in semine, quasi vir-
 tualiter contenta cognosceret; sic si a-
 nima perfectè esset illuminata, cuius-
 cumq; boni operis amplitudinem, bra-
 tæq; eternitatis, cuius illud est semen,
 gaudium ineffabilem cognosceret. Qui
 seminat in Spiritu, de Spiritu metet vi-
 tam eternam. Hoc non sufficit, Cha-
 rissimi, ut ingentium illarum divitia-
 rum, quæ recte agendo acquiruntur,
 amore capiamini? Quid quæso minùs
 propter amorem DEI p̄stari potest;
 quam pauperia quæ potuni porrigeret?
 modica tamen hæc aqua tam pretiosa
 est coram oculis DEI, ut intra se im-
 mensum sempiternæ dulcedinis pelas-
 gus contineat. O igitur inestimabile
 vel unius boni operis premium! ò gloriā!
 ò potentiam! An non revera stulti di-
 cendi sunt, qui tanto cum labore ca-
 ducis inhiant divitiis (quibus, ne qui-
 dem quando volunt, frui possunt) de
 thesauro autem infinito acquirendo, in
 bono opere contento, minimè solliciti
 sunt, qui tamen semper in eorum ina-
 neret potestate & arbitrio? Simplex
 quædam rustici filia, cùm arte singula-
 ri tenerissima duxisset è colo filia, glo-
 mum eorundem Imperatrici, Henrici
 quarti conjugi obtulit, quod donum

R. P. Segneri S. I. Christ. Instr. Tom. II.

tantopere isti Dominæ placuit, ut pau-
 perculæ tanq; telluris pro remunera- *Theatro*
 tione dederit, quantum fili sui circum-
 ferentia comprehendere potuit. Pre-
 dictum profectò hoc erat filum. Sed
 quæ est illius cum bono opere etiam
 minimo comparatio: Filum illud ex
 natura sua tales non merebatur re-
 munerationem; & quamvis etiam pro-
 meritum fuisset, renumeratio nihil
 minus tota erat terrestris. Sed quili-
 bet actus bonus, gratiæ sanctificantis
 virtute, intrinsecè in se continet
 premium, ut respectu illius cœlum ip-
 sum, id est interminabilis, & immensa
 ipsiusmet Dei possessio, non sit merē-
 duntaxat liberalitatis donū, sed quæ-
 dam etiam Justitiae retributio. *Reposi-*
ta est mihi corona justitiae, quam redi- *S. Thom.*
det mihi Dominus in illa die justus fu- *1. 2. q.*
dex. Ita loquebatur olim Apostolus, *114 a. 3.*
& eodem modo cum ipso omnes Justi *2. Trin.*
loqui possunt. *4. 8.*

V. Considerate jam inexplicabilem
 peccati malignitatem! unicum pecca-
 tum omne hoc bonorum operum me- *S. Thom.*
 ritum destruit & annihilat, omne vitæ *3. p. 9.*
 æternæ germe exsiccat, pejusque est, *89. a. 4.*
 quavis malefica grandine, dum omnes
 hos vitæ fructus penitus aufert. *S. a. Ezech.*
 verterit se justus à justitia sua, *Ezech. 28. 14.*
 ruit iniquitatem. *Eg. omnes justitiae ejus,*
 quas fecerat, non recordabuntur. *Vix*
 illa tam sæva est tempestas, quæ non
 aliquas in vitibus uvas intactas relin-
 quat. Sed peccatum omnia bona pes-
 fundat, nec uni parcit. Quoniam ve-
 rò hoc punctum tanti est momenti, fu-
 sius aliquantò explicare me oportet.
 S. Franciscus Xaverius præcedenti sæ-

X

culo

culo hunc Mondo natus fuit, ut primitorum Apostolorum miracula & merita, jam longo tempore deficien-
 tia, oculis nostris proponeret. Deceñio
 illo non toro, quo in Indijs moratus est,
 tam magna pro Dñi gloria operatus est,
 ut fama sit plures ab illo ad Deum &
 animas esse conversas, quam Lutherus,
 Calvinus, Carolstadius, Zwinglius,
 aliique similes moderni hæresiarchæ,
 monstra ad Ecclesiæ perniciem nata,
 perverterint. Primus ille plurimis Po-
 pulis & Regionibus, eò usq; incogni-
 tis, Christi fidē annunciat; inter quas
 sola Japonia est tam vasta, ut sexaginta
 sex Regna comprehendat. Nemo hu-
 usque Ædium sacrarum, ab ipso aedi-
 ficatarum, templorumq; profanorum
 ab eodem dirutorum numerum scri-
 ptis consignavit, sed facillimè ex iis,
 quæ nota sunt, colligere licet; nam
 plusquam quadraginta millia idolorū
 ipsius manu comminuta & plusquam
 duodecies centena hominum millia ab
 ipso baptizata sunt. Quā de causa sēpi-
 us omnino viribus fatiscens vix amplius
 consueta Baptismi conferendi verba
 pronunciare, nec brachium, quo
 aquam infunderet, sustinere potuit.
 Saïs est scire, sacrum Romana curia
 Senatum referre; tot centena homi-
 num millia ab ipso ad Christi fidem
 traducta esse, quot nemo unquam con-
 verterit. Unde etiam (quemadmodum
 summus Pontifex in Canonizationis
 ipsius bulla adjungit) vidit prædicatio-
 nibus suis Animas Christo partas, quasi
 stellas in cælo. & quasi arenas in littore
 maris multiplicatas esse. Tam uberes
 hujus messis fructus laboribus tanto

Thom.
 Boz. de
 sign.
 Eccl.

cum fervore seminatis responderant;
 ut solis itineribus, quæ propter anima-
 rum salutem confecit, juxta nonnullorum
 computum, quinque tota terra
 lustrari possit. Hæc tamen, & multo
 plura, quæ adferre possem, Sanctus
 Vir intra decem solummodo annorum
 spatium, sicut audistis, quibus in Indijs
 moratus est, peregit. Cogitate jam si
 centum annis in illis regionibus habi-
 tas sit, quanto plura tanto tempore
 operatus fuisset. Et si superatis cen-
 tum annis, sexcentis, septingentis,
 imò nongentis annis, quot Adamus &
 plures ante diluvium vixerunt, pro
 Christi gloriâ laborassent, fateri nos o-
 portet, hunc Mundum, quantus quan-
 tus est, nimis angustum illius zelo cam-
 pus futurum fuisse. Quare omnes
 viræ ejus historiæ, si typis mandata el-
 sent, cùm tot & tantis comparatae faci-
 noribus posterorum memoriâ dignissimi
 omnes illæ tunc inquam, defe-
 quos & manca viderentur. Nunc
 hec omnia cogitationibus vestris, qua-
 si in fasciculum colligite; singite San-
 ctum aliquem, qualis erat, post om-
 nia hæc opera pro Dñi facta peccato
 mortali, solo etiam desiderio, solaque
 delectatione consentire. Peccatum
 hoc mortale tam pestiferum est, ut uno
 quasi ista omnia illa bona opera intec-
 imat; unde si illa anima ante peccatum
 tam locuples, subird post peccatum
 moreceretur, totus ille meritorum cu-
 mulus, torus inquam, nihil ei omnino
 ad salutem consequendam prodebet.
 Omnes justitiae ejus, quas fecerat, non
 recordabuntur. Supponamus prete-
 tea, virum adeò Sanctum, quem vo-
 bis

bis descripsi, ab æterno servisse Deo, summo cum ardore illum amasse, summo cum rigore carnem suam illius causâ affl. xisse, omnes proveniūs suos in perpetuas pauperum eleemosynas expendisse, quotidianis, & perpetuis sacrificiis Deum placasse, supplices ad eum preces fudisse, æterni que hymnis & canticis nomen ejus celebrasse; quicunque talia fecisset, profecto insitum, saltem quoad tempus meritorum cumulum acquisivisset, ideoque infinita quoque ipsi merces in coelesti gloria deberetur. Hic tamen ipse si peccatum unum vel sola cogitatione admitteret, momento meritorum illorum infinitorum, & mercedis infinitæ jacturam ficeret, eorumque loco ad penas ac supplicia infinita in ima inferni abyssō damnaretur.

VI. Quid ad hæc Charissimi? An aliud argumentum adhuc consideratis, quo unius solius peccati gravitatem intelligatis, cum tanta sit ejus malignitas, ut tanta bona pessundet? Ecce immensum præmiorum pondus in immensum pœnatum cumulum ram subito commutatum, sub quo gemunt gigantes illi infernales, qui Deo bellum indicere ausi sunt. Attendite igitur, & considerate, quantum illud sit, quod peccando perdidistis! Scio, meritorum vestrorum summam non esse infinitam, quam possibilem esse supradicimus; sed potius censem esse valde exiguum, propter parum illud boni, quod pl.ique, tempus mille ineptiis impendere soliti peragunt, quo quovis momento

thesaurum sibi coelestem comparare possent. At nihilominus exente anno multa numeratis, vos observâsse jejunia, plurimæ Deo obituisse munera, plurimas fudisse preces, pluri-
mæque pauperibus eleemosynas im-
pertitos fuisse: Rei divinæ sapientis in-
terestis, Sermones Sacros frequenta-
tis; sapienter etiam comparatis in Ec-
clesiis, & nisi desperatae sitis consol-
entias, ad minimum aliquoties per
annum peccatis expiati factos andæ
Eucharistiae mensæ accumbitis. Quod
si igitur omnis bona actio, tanti, ut
dictum est, ex seipso est meriti, et si
ideo etiam, quod in cordis merces ei
debeat, tanto est pretiosior, faci-
ri oportet; Magnum in fine anni
thesaurum vos acquirere, & conse-
quenter postmodum peccando inex-
plicablem facere jacturam, dum
peccatum illud, quasi ventus pestil-
lens, omnem quamprimum fructum
ipsa adhuc in herba atefacit, ac pef-
fundat.

VII. Verum est, pœnitentibus
sincerè & in DEI gratiam redeunti-
bus bonorum operum ante peccatum
acquisita ex mera DEI bonitate
merita reviviscere, quemadmodum
olim per Prophetas promisit. Red. Iob. 21.
dam vobis annos, quos comedit Ia. 25.
custa, bruchi, Grubigo, & eru V. Vaf-
ca. Sed duo hic ad rem nostram quez. 22.
advertere necesse est. Primum est spe. 22. de
nonnullorum Theologorum esse, q. n. 33.
sententiam, gratiam in quovis Sa-
cramento, ut ipsi loquuntur, ex
opere operato obtentam, semel peccato

X 2 mor.

DISCURSUS XIII. EX BONORUM OPERUM

mortali perditam , nunquam reddi amplius quocunque meliori modo Dei gratiam nobis reconciliemus. Quod si verum est , videte obsecro , quām lacrymabilem thelauri jacturam facit miser peccator , quandocumque Dei legem prævaricando se nihil perdere existimat. Recordamini illius , quod dixi , quanti unus solus gratiæ gradus valeat ; considerate quoq; , quām pretiosum sit flumen illud auriferum , cuius minimæ arenulae tauri aestimantur.

V. Suar.
opusc. de
revise.
merit.
Sect. 3.
n. 9. &c.

Alterum observatu dignum est , quod sequitur. Si Deus peccatori pœnitenti omnia merita ob perduellionē culpæ ablata restituit . hac liberalitate Misericordiæ suæ viscera ostendit , qui pœnitentiam illius desideravit. Verū hoc non impedit , quo minus tantæ perduellionis malitia perinde sit detestanda ; non solum enim meretur , ut omnia illi bonorum operum merita auferantur , sed etiam ut nunquā restituantur.

3. Reg.
30. 4.

XIII. O quām amaris igitur lacrymis hanc jactuā deploraret , quicunq; mentis oculos bene illuminatos haberet ! Davidi & militibus ejus civitatem Siceleg paulò ante ab Amalecitis evergam , & in cineres conversam intrancibus , dum domuum suarum ruinam , squalorem , solitudinem , nec non terrimatum prolium suarum , mulierumque necem intuerentur , ac ficerent , flentibus tandem lacrymæ defecerunt. Planixerunt , inquit Scriptura , donec deficerent in eis lacryma. Considerate igitur , quantum ficeret , qui terribiliorem hanc devastationem , quam adfert peccatum , cognosceret ; Verū ita se res habet , quævis alias amariūs , quām

bonorum operum jactura deploratur . Crassus flevit , pullásque induit vestes ob murænam fluviatilēm , quæ in piscina illius adeo famosâ morte sublatæ est . Et Christiani nostri quandoq; non cœbelunt , equi , aut canis interitum deplorare , dum inter ea siccis oculis tantorum audiunt jacturam meritorum , quam anima ipsorum patitur , quām nec flocci æstimanda essent.

II.

IX. Sed quid jam dicemus de bonis illis operibus , quæ in peccati mortalis statu fūt , quod est alterū malorū amē propositoru vobis explicandum ? Hec jactura adhuc magis est deploranda , quia nunquam reparari potest. Peccatum est velut turbo , à quo non tantum maturi deciduntur fructus , sed ipsam arbor radicitus evellitur . Omnia ibi eradicans genimina . Ideoque omnia opera facta ab anima peccato inquinata , opera sunt mortua , infructuosa , ingrata , nec unquam Deo accepta , sicut eadem opera in gratia producta . Taratarum Princeps nunquam acceptat decimas è grege fulmine percussis ; ita quoque facit Deus ; Decimas & Victimas ab Abele oblatis sibi ostendit placere , quia ab innocuā caula prodierunt . Respexit Dominus ad Abel & munera ejus . Cui autem munera non accipit ; cum sint Decimæ è caula fulmine peccati percussa , & etiamnum invide sumum redolentia : Ad Cain verò & munera ejus non respexit . Imò non tantum non benigno acceptat vultu , sed aversionis & horroris loquitur terminis , quasi molestum sibi odorem adferrent . Incensu abominatio est mihi , laetabore .

boravifusinens. Si Leo aliquod animal mordeat, caro illa sit tam fœcida, ut à nullo alio animali devorari possit. Fuge peccatum, monet Spiritus S. per Ecclesiasticū quia, dentes Leonis, dentes ejus, interficientes animas hominum. Aspice quælo, quam ferus sit hic Leo! non tantum corpora, sed etiam animas interficit. Quod si ita est, quis mirabitur totum illud, quod à talibus proficiuntur animabus, coram Deo fædere? à maximi Leonis dentibus dilacerata sunt, dentibus scilicet non crudelibus tantum, sed pestilentissimis.

X. Quod si ad amissim Theologiam, nunquam dicere licet, opera bona in statu peccati facta displicere Deo; sed solum Peccatorē displicere; erratum saltem est, istorum operum ob peccatum & peccatoris abominationē apud Justitiam divin. non haberi rationem; quare quantumcunq; illorum augeatur numerus, omnia merae sunt Nullæ, quas dicimus, quæ se solis sumam nullam constituunt. Proper hanc causam ore proprio sterilem vocavit Regem Iechoniam, quamvis octo ipsi essent filii. Hæc dicit Dominus: *scribe virum istum sterilem* R: uero autem fuit quia è tor filijs nullum in regno post se successorem habuit; sed omnes simul in captivitate B: bylonica obièrē, quo Deus nobis significare voluit, impios licet eleemosynarum elargitionibus, suscepitis jejuniis, peregrinationibus sacris, fuisis orationibus, templorumque visitationibus, numerosarum prolium id est honorū operum Patres efficiantur, nihilominus coram oculis Dei tan-

quam steriles & infæcundos comparente; nullus enim tot illorum partuum, licet laudabilem, unquam in cœlis meritorum, & gloriæ coronā redimetus triumphabit.

XI. Quod si ita se res habet, dicent nonnulli, ergo peccato inquinatis nihil prodest amplius quidquam operari boni; non jejunandum porro ipsis, saltem cum præceptum non urget; diebus non feriatis Missæ sacrificio interesse; recitare rosarium, solitāsque ut ante domi preces persolvere itritus labor est. Quam inepta est hæc consequentia! Opera bona in peccato facta non possunt promereri cœlum, ergo illa intermittamus? nolite sic argumentari, sed dicite: absciamus peccatum, confessione illud expiemus, nec in Paschale tempus, sed neque in hodiernū vesperum pœnitentiam differamus. Hoc, si sapienter loqui vultis, inferendum esset. Insuper ad voces, quibus usus sum, advertite Dixi videlicet, opera bona in peccato facta non prodeste pro cœlo lucrando; at non dixi unquam, omnino nihil prodeste: quod si in manibus vestris numus aureus frangatur, quid facitis? An hina illa auti frusta projectis? profectò tam stulti non estis, sed ea aurifabro fertis, ut aliquid inde lucrum referatis. Attamen aureus numus distractus non valet? Verum est, non valet, quemadmodum monera ad emendum, & mutuandum, valet tamen, ut metallum. Eodem modo se habent bona opera. Si ad acquirendum cœlum non valent, valent tamen ad minora alia bona ac-

S. Thom. quirenda: quare nunquam intermitte debent, immo illorum intermissione summae quandoque calamitatis causa posse esse. Contigit aliquoties, ingenia flumis per apertos campos impetuosaे irruentia tamdiu objectis linteis cohibita fuisse, donec rupti aggeres reparati fuerint, antequam totam Regionem inundarent. Quemadmodum igitur exiguum linteum frustum solum per aliquot tempus sufficiens fuit ad formidandam aquarum inundationem avertendam, sic opera aliqua bona à peccatoribus facta, licet in seipsis parva & exigua, interdum divinæ Justitiae furorem inhibere potuerunt, ita ut non disperderentur, priusquam resipiscentes, pconcentiam egissent.

*In Ann.
nat.
1525.
n. 69.*

XII. Casum in rem nostram audire mirandum. Venetiis pro concione dicebat frater Matthæus de Bascio sacri Patrum Cappucinorum Ordinis Author, qui extraordinarie Zeli sui efficacia, & virtutis exemplum, & mira adjungens opera, difficile dicitur est, quam sublimem nominis existimationem apud omnes acquisierit. Inter alios quidam Legum Doctor, ut DEI Famuli colloquio propius frueretur, & apud eum aliquid obtineret mercatum, quodam mane Vixum sanctum ad prandium secum sumendum invitavit; qui invitationem acceptavit, sed ut maius comodum illia deferret, ut intellegitur. Habebat hic Doctor domi sua simiam, adeò lepidam, ut totum viciniam recrearet. Insternebat illum mensam, mappulas plicabat, vitra

mundabat, debitisque locis magnis industria sercula disponebat, ita, ut nullus architriclinus melius facere potuisset. Accedebat huic diligentie mira benevolentia, quam Domino suo exhibebat, redeunti domum, ut primum adverbit adventum, fores aperiens, manus sua pileum, & pallium afferbat, calceos exuebat, crepidasque porrigebat; his aliisque agendi modis non tantum bestiarum conditionem, sed etiam ipsos ephebos scitissimos superare videbatur. Audiens igitur frater Matthæus res hujusmodi stupendas, inquit, advocate illam, desidero enim illam videre. Verum simia, quæ oderat conspectum Virtutis sancti subire, sub lectica se abscondens, unde magno cum labore quaeri debuit; nec tuis fuit repertam esse, quippe obstinatissima, nec blanditijs, nec vi suo illo ex angulo extrahi potuit. Tunc Deimulus suavitè apprehensæ Doctoris manu, vis, inquit, tibi dicam, quæ sit illa comis simia, quam domi foves? Diabolus est in persona, eamus solummodo, proprio ore id eum fatigam. Itaque cubiculum intrant, statimque frater Matthæus Diabolo imperat, edicat, quisnam sit, & quem ob finem hoc sub schemate comparrens, ad tam vilia se demiserit obsequia. Ergo ingenti cum rabie responder coatus, sum Diabolus ex Inferno; nec alia de causa huc veni, quam, ut Animam ipsius, plurimis titulis jam longo tempore mihi debitam, incum auferrem. Quare igitur, quæritur Vixum sanctus intra tot annos, quibus hic moraris, illam

JACTURA OSTEND. QUAM GRANDE MALUM SIT PECCAT. 167

Iam non sustulisti ? Quia, subjungit Dæmon, quovis velperi, antequam decumberet, devotas quasdam Deo, Divæque Virginis preces persolvebat ; quas si vel semel intermisseret, permissa mihi à Deo fuerat potestas, eum sopitum suffocandi, mecumque in Orcum abripiendi. Cogitate, quantus omnes, hanc sermonem audientes, invaserit pavor. Verum frater Matthæus interea omnes & præsertim Dominum Domnū animavit, Dæmonemque illinc abire coegit. Deinde prædictum Doctorem attoritum, & stupefactum permovit, ut, quæ mediis iustis in periculosa sua professione acquisiverat, legatis, & eleemosynis erogandis abundantiter restitueret.

XIII. Considerate jam, an bona opera etiam actuali culpâ contaminato prossint ! Quod devenisset infelicitis Doctoris hujus anima, si tam stolidè, ut aliquis solent, discutrisset : DEUS odio me habet, cur aliquid boni agam, cum mihi nihil prospic amplius ? An non videtis boni aliquid facere, semper bonum & laudabile fuisse ? Quare ubi Apostolus dicit : Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. S. Thom. ad 3. Thon as docet, sic intelligendum esse, quod non prodest ad Regnum cœlorum obtinendum, ut supra dictum est, non quod ad alia impetranda non prospic. Imò alio in loco ex professo docet, opera bona in statu peccati facta, generaliter ad tria asseveranda, valde utilia esse : ad tempora lium consecutionem, ad dispositionem ad gratiam, ad assuetudinem honorum ope-

rum. Quia verò, valde cupio, vos hunc errorem dedocere, tria hæc paucis explicabo,

XIV. Primo igitur bona opera profundt ad bona temporalia à Deo impetranda. Ad temporalium consecutionem. Propter has, quas recitatis preces, dum estis in peccato, propter illa jejunia, propter hanc charitatem pauperi exhibitam, propter hanc corporis afflictionem, propter illam Misera Sacrificij auditionem, licet DEUS cœlum vobis non sit donaturus (hæc & similia enim opera divinâ gratiâ carentibus nihil merentur) nihilominus multa in terris bona conceder. Vestram conservabit sanitatem, augebit bona fortunæ, vestram nominis tuebitur estimationem, familiam locupletabit, periculosam agitis vestris imminentem avertet tempestatem, litem, quâ ad incitas redigi poteratis, pluresque persecutions & adversitates disturbabit ; nec non alia vobis procurabit beneficia, quæ nonnunquam tanti facitis, ut illa ipsimet æternæ salutis vestræ præferatis. S. Augustinus asserit, penes antiquos Romanos, pro virtutum suarum moralium remuneratione, totius Mundi tunc cogniti fuisse iniustum : non quod in rigore loquendo, opera peccatoris verè possint mereri premium : minimè inquit S. Thomas, sed quia Deus ita erga illa se gerit, quomodo faceret, si aliquo modo essent meritoria. Atque adeò : non merentur propriè & ex condigno. Quod est meritorum in dignitate recipientis gratiam fundatum, sed similitudinarie & ex congruo.

S. Thom. supp. q. 14. ar. 46. in e.

quod

quod est meritum in decentiagratiam exhibentis fundatum. Tantopere Deus amat virtutem, ut etiam imaginem ejus præmio afficere delectetur, eodem fere modo, quo pater aliquis intime amans filium suum, exanimem ejus effigiem in tela depictam diligit.

s. Reg. 2. Hoc modo videns Deus humiliatum Achab, cilicio & cinere coopertum intentata flagella inhibuit; licet enim illum magis capite, quam corde humiliatum viderit, nihilominus, inquit S. Gregorius, ostendere voluit, quam grata sibi sit verè dolentium penitentia, cum etiam apparente tantopere delectetur. Pensandum est, quomodo ex gratia spontanea afflictio, pro culpis in eis, qui placuerint; si hoc ad tempus placuit, & in eis, qui displicebant. Hoc tamen adhuc minimum est,

XV. Secundò talia opera utilia sunt, ut ad gratiam saltem remotè disponantur. *Ad dispositionem ad gratiam.* Baptismus Sancti Joannis non confert gratiam, sed ad recipientes peccatores disponebat; & hoc saepe erat, ut magnam de illo estimationem conciperent. Eodem modo se habent devotionis opera à peccatoribus facta. Quamobrem illa magna facere oportet, nec intermittere; licet enim sint veluti Baptismus, quo sola lavantur corpora, nec nisi exterius aliquid contineant bonum; nihilominus media sunt, quæ professe possunt, ut tandem etiam animæ abluantur. Ideo Salvator noster in Evangelio cuidam Scribarum sinistrâ cum intentione interroganti, nihil

ominus sapienter loquenti respondit; *Non es longè à Regno DEI,* Laudando *Mes-* enim tantum charitatem erga proximum, licet eam non exhibuerit, ad eandem disponebatur, propiusque ad eam accedebat. Observeate, quid facie adhuc sumante fratrem; fumus hic non est flamma, est tamen valde idonea dispositio ad eam concipiendam; unde sicut facilis est, faciem paulò ante extinxit, quam jam penitus frigidam accendere, ita facilis est, ut peccator, qui bonis studet operibus, quam qui ab illis abstinet, ad meliorem fugam deducatur. Producunt hec opera, ut tales audiatis Missionarios, à quibus convevantini, ut zelosum inveniatis Confessarium; ut pius aliquem legatis libum; ut bonum aliquid videatis exemplum; ut bonam auctoritatis exhortationem, ut alia similia vobis occurant media, quibus illus auctio game gratis in viam rectam revertantini. *Ad dispositionem ad gratiam.*

XVI. Demque, quod ego maximi facio. opera in peccato sunt, ut quis assuefiat semper ad bene operandum. *Ad affectudinem bonorum operum.* Verum est, clavem ceream non aperire ostium, sed exemplar præbet, secundum quod alia ex ferro, quæ aperiatur, fabricari possit. Eleemosynæ igitur, orationes, peregrinationes, penitentiae, omnięque alia, quæ peccatores faciunt opera bona, valde profundunt; profundunt enim, ut forma quedam ruditis, juxta quam ipsa opera deinde facilius, sed alio valore, à peccatoribus jam penitentibus

ibus peraguntur. Quemadmodum igitur non inutiles habentur astères, trochlearæ, funes, quibus semel pro ædificio erigendo utile est architectus, licet eo jam absoluto, nulla amplius talium instrumentorum habebatur ratio, sic nunquam inutilia æstimanda sunt opera bona, quæ facitis, licet statutus ille, in quo ea facitis, nihil pro ædificio in cælis stabilendo conducat. Sensim honestam ducere vitam assuefietis, ita ut facilius supra materiale hoc bonorum operum fundamentum, non solum bonarum, sed permanen-
tium actionum ædificium exstruatis.

XVII. Quamobrem post hac nolite solitas; ideo quia in peccato estis, devotiones interim rite, potius curandum vobis erit, ut hoc misero de-
relicto statu in Dei gratiam redeatis. Considerate, quælo, quantum perda-
tis boni, dum tot Christianorum operum, per totum annum f. &orum, perditis meritum. Quanta est hac stultitia, totâ Quadragesimâ jejunare, nec tamen nisi in fine ejusdem Confessione peccata sua expiare? Laure-
tum, Assisum in Alverniam, aut ad alia pia loca peregrinationem susci-
pere, & in fine itineris Sacerdoti pec-
cata sua manifestare? integrum fre-
quentare Missionem, multis peniten-
tiæ tam privatim quam publicè in-
cumbere operibus, interim ad ultimum usque diem gratiam sacra exo-
mologhi recipiendam differre? an
non hoc est supra spinas seminare?
Novate vobis novale, & nolite ferre
super spinas, bene dixero cum Jere-
mia. Prius colatur ager, deinde se-
R. P. Segneri S. I. Christ. Instr. Tom. II.

minerur, & non prius seminetur, de-
inde colatur. Notissimum est hoc agricolarum axioma. Sed quanto fi-
delius terrenas observatis, tanto mil-
lus ad regulas attenditis cælestes.
Novate, igitur, novate vobis. no-
vale.

XVIII. Renovate ergo, Charissimi, desertum cordis vestri Iolum, multò jam tempore incultum. At quomo-
do renovabitis? Terra fructificando
jam exheusta, nulla re magis fœcunda
redditur, quam ignem illi admoven-
do. Hanc & vos observate metho-
dum. Mortis appropertans aliquan-
tis per recordemini, quæ fortè non
multò post in cineres vos redigeret, ah!
quam libenter in illa hora pro bono
aliquo opere totum Mundum, si ve-
ster esset, daretis! at in potestate
vestra non erit amplius, illud impe-
trare. Nihilominus nunc vos ipsi
inimici vestri, aut nihil boni facitis,
aut si fecistis, nihil æstimatis, sed vo-
luntariè prodigitis, desperatèque
stulta hac confidentia peccatis,
illudram incitâ, quam male in-
tellectâ à vobis Confessione recupe-
ratum iri? Certi & securi estote, à ci-
nibus vestris assiduâ meditatione
ponderatis, desiderata fœcunditate
agros vestros locupletandos. Sed
longè majorem adhuc vigorem Ignis
accensus producit, si ardentè rogam
illum infernalem consideraveritis, ad
quem etiam vos tanquam infœcundæ
arbores condemnabimini; si post tot
vitæ annos in eum finem, ut bonos
& salubres feratis fructus, vobis con-
cessos, solis foliis onustos solo Chri-
stianis.

170 DISCURSUS DECIMUSTERTIUS, EX BONORUM OPERUM &c.

Itiani nomine, non factis locupletes
mors demessuerit. *Novate vobis no-*
vale.

XIX. Considerate denique omne
ex hac culturâ commodum in vestram
cedere utilitatem. *Novate vobis,*
Deus profectò nullius rei patietur ja-
curam, si in fine vitæ vestræ terram
vestram, terram reprobad maledicto
cogetur subjicere; nec ideo Calites
luctum induent, si vos in Orcum præ-
cipites datos esse viderint. *Si sapiens*
fueris, tibimet ipsi eris, si autem illu-
sor, solus portabis malum. Si nunc la-
platis, vitam vestram præsentem in
bonis operibus accumulandis impen-
deritis, totumque lucrum vestrum erit,
quo in futurum fructuri estis. Quod
si è contra toti voluptratibus add. Ati
peccatis bona opera corruperitis, so-
li malum vestrum portabitis, ed quod
sub perditorum aliquando recuperan-
dorum fiduciâ vos ipsos stultè dece-
peritis.

XX. *Novate vobis novale,* & no-
lite serere super spinas. Agricola qui-
cunque supra spinas seminat, tria
perdit, semen, laborem, & tem-
pus. Horum trium quoque vos ja-

curam facias, sed è magis deplo-
randam; quod immortalitatis se-
men, qualia sunt opera bona, per-
datis; perdatis laborem, cuius mer-
ces debet esse Deus ipse me; *Ego mer- Gen. 15:*
cestua magnanimis. Tempus, quod i
felicissimæ æternitatis fuisset principi-
um, si illud bene impendisseris.

XXI. Non ita agite, charissimi.
Nolite serere super spinas, sed, no-
vate vobis novale, peccata vestra lin-
cerè confitemini, & quāprimum
fieri potest, gloriam Dei recuperate,
ut in tali statu continuantes, deinde
magno cum gaudiō opera sancta semi-
netis, eā spe freti, majori cum letitia
suo tempore à vobis colligenda. Pro
ultima interim conclusione discite,
quā grande malum sit peccatum,
quod quādiū in cordibus vestris de-
litescit, non potest æternæ viæ fructus
in vobis germinare; & si jam multi
germinâsse conspiciantur, adeò tota
ipsorum virtus mortificatur à peccatis,
ut licet in se boni sint, noē tamen ad
salutem æternam sufficiant; cùm pe-
ccata in vobis prædominans in-
dispositio eos omnino suffo-
cārit.

Prov.
9. 12.

DIS-